



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Historiam Complectitur vniuersæ Paßionis Dominicæ

Puente, Luis de la

Coloniae, 1614

Med. 21. De Oratione in Horto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54653)

MEDITATIO XXI.

DE ORATIONE CHRISTI
in Domini nostri in
Horto.

PUNCTVM I.



VM esset CHRISTVS modo prædicto tristis, suosque discipulos tristes videret, exhortatus eos est ad orandum. *a Vigilate, inquit, & orate, vt non intretis in tentationem.* & accipiens idem consilium sibi, *b & ipse auulsus est ab eis, quando iactus est lapidis, vt oraret.*

CONSIDERA primùm, Christum Dominum nostrum, verbo & exemplo hic docuisse nos, desolationes & mœrores nostros non subleuari garriendo, & tempus inaniter cum aliis hominibus consumendo, qui cordis consolationem adferre non possunt; sed colloquendo cum Deo in oratione; ad quem tanquam præcipuum nostrum consolatorem, recurrendum est: quia ipse verè potest vel omnino tristitiam nostram auferre; vel eandem moderari, prout magis nobis expedire nouit. Discam itaque ex hoc exemplo, in meis tribulationibus, non quærere consolationem ab ho-

mini

*a Matt. 26.
41.*

*b Luc. 22.
41.*

*S. Thom. 3 p.
q. 21. tota
maxime
a. 4.*

I.

minibus, aut à terrenis rebus; sed primum (ut
e Jacob. 5.13 s. Iacobus ait) *Tristatur aliquis vestrum? eret:*
 & à Deo subsidium expectet: & ipsa experie-
 tia discet, quod David de seipso faterur: *d In*
d Psal. 76.3. die tribulationis mea Deum exquisivi: renuit
consolari anima mea; memor fui Dei, & dele-
ctatus sum.

II.

DEINDE nos monet, Orationem firmis-
 simam esse aduersus tentationes, & pericula
 imminencia remedium: ideoque, dum illis nos
 circumdari videmus, feruentius orandum est.
 Nec tamen Orandum suadet, ne tentemur; sed,
ne intretis, inquit, *in tentationem*, & in ea sub-
 mergamini. Sæpè enim expedit, nos tentari, &
 affligi: Oratio autem hoc nobis præstat, ne
 succumbamus; aut, si labi cõtigerit, ne omnino
 pereamus; sed auxilio, quod nobis Deus præ-
 stabit, resurgamus. & quoniam tentatio quo-
 tidiana est, meritò repetam quotidie ultimam
 Dominicę præcationis petitionē. *Ne nos indu-*
cas in tentationē: sed libera nos à malo. Amen.

III.

e Matth. 26.
 38.

PERPENDAM tertio verbum illud, *e vigi-*
late mecum, hoc est comitamini me vigilantes;
 vigilate, ut ego vigilo, imitamini me. Nobis
 inuēs, se cum vigilantibus vigilare; & orare
 cū orantibus; & vigilantes orantesque, id face-
 re cum ipso, eundem & Magistrū, & comitem,
 & adiutorem in his habentes. Cū huiusmo-
 di igitur comite, cur non ego & vigilem, & o-
 rem animo lubenti? Adiuua me dulcissime
 IESU, ut semper tecum vigilem; dies in labo-
 re, noctes in oratione expendens; & totos dies
 noctes-

noctesque in obediendo tibi, qui mei amore
semper vigilasti, orasti, & laborasti.

IV.

DE NI QVE mortificationis actum illum
expendam, quo ipse Christus à comitibus suis
Apostolis separavit se, ut oraret. cum enim in
afflictione constituta natura, gaudeat inter
amicos esse, qualiscumque solarij ab eis acci-
piendi causa; illam ipsam naturæ propensio-
nem viriliter vincens, *auulsus est ab eis*, tanquã
impetu spiritus, eam carnis ad manendum
cum suis amicis propensionem, ea separatione
vinceret; ut solus oraret. Concede mihi, Deus
meus, ut *ab lacte, & auellar ab vbe-* *f Isai. 28 9.*
ribus humanarum consolationum, & Ora-
tioni me totum dedicare, in qua sanctissimam
tuam voluntatem & cognoscam & exequar.
Amen.

PUNCTVM II.

PERVENIENS Christus Dominus ad
Orationis suæ locũ: *a positus genibus, &* *a Luc. 22. 41*
b procidens in faciem suã c super terram *b Matt. 26.*
orabat, dicens: Pater mi, si possibile est, tran- *39.*
seat à me calix iste: veruntamen non sicut ego *c Marc. 14.*
volo, sed sicut tu. Quasi diceret, si absque tua *35.*
iustitiæ decreri detrimento fieri potest, ut ca- *Vide Sancti.*
lix iste meæ passionis, à me ita transeat, ut illũ *Thom. sup.*
non bibam, id mihi concede: sed non peto fieri
voluntatem meã iuxta naturalem eius propen-
sionem; sed tuam, quam ego meæ præferri vo-
lo. O altissimam orationẽ! ò resignationem
exactis-

exactissimam! ò Magistrum orationis & obedientiæ peritissimum! quàm altam mihi narum duarum virtutum lectionem prælegis! aperi, Domine, mentis meæ oculos, vt eam capiam; & aures, vt audiam, & exequar.

- I. **Q**UATVOR in hac oratione fuerunt valde singularia, quæ in meum commodum perpendere par est. **PRIMVM** enim fuit oratio, ab aliis seorsim separata & sola, quò ab omnibus distractionum occasionibus expedita, cum solo Deo ageret, omnibus naturalis propensionis difficultatibus superatis, vt prædictum est.
- II. **F**UIT deinde huic orationi profundissima internâ externaq; coniuncta humilitas & reuerentia, quæ ex illa summa æstimatione oriebatur, quam Christus de Maiestate diuina habebat, & ex cognitione vilitatis humanitatis suæ, quâ erat creatura, ac demum ex præsentis necessitate, qua premebatur: nam aliàs orabat stans; nunc autem in animæ afflictione constitutus, genibus flexis, & in faciem ad terram vique prostratus, orauit.
- III. **T**ERTIO eidem erat insignis confidentia, amorque coniunctus, vt ostendit verbum illud: Pater MI. nam sæpè aliàs solùm Patrem compellauit, nunc addit: Pater MI, ostendens creuisse fiduciam & amorem erga suum, non quomocunque Patrem; sed naturâ Patrem.
- IV. **P**RÆTEREA coniunctum habuit propriæ voluntatis abnegationem, & exactissimam in voluntate diuina resignationem. La

bores

bones enim imminebant horrendi, quos natura propensio maximè horrebat; afflictio interior grauissima: quare resignatio illa absoluta in ea occasione, actus fuit heroicæ virtutis. Hæc omnia dum perpendo, vehementer erubescam, ob harum virtutum in me defectum; oraboque suppliciter eundem Christum Dominum, ut easdem mihi velit communicare: & quoties in aliqua me afflictione constitutum videro, eadem utar orandi formâ, eodemque spiritu, quo eam Christus obtulit, offerre contendam. O Pater cœlestis, si possibile est, transeat à me calix hic amaritudinis, quo iam piemor: veruntamen non quod ego volo, sed fiat, quod tu vis.

SED & singulare illud considerandum est, quod habuit hæc Christi oratio, quod fuerit prolixior. Neque enim existimandum est, eorum durasse tempore, quo verba illa protulit; sed horam minimum vnâ, ut licet colligere ex verbis illis ad S. Petrum: *et sic? nō potuisti vna hora vigilare mecum?* Quam horam expendit Christus in cogitandis expendendisq; causis, quæ ipsum ad reuerentiâ, fiduciâ, amorem, & resignationem, ceterosq; affectus, quos in ea oratione exercuit, permouere poterant. sed & memoriâ percurrebat passus omnes & partes calicis imminentis, seipsum in singulis paternæ voluntati resignans seorsim dicens: PATER MI, SI POSSIBILE EST, TRANSEAT A ME CALIX ISTE tristitiæ: sed non quod ego volo fiat; sed quod tu: transeat à

V.

d Matth. 26.
40.

me calix iste comprehēſionis, calix verberum,
&c. veruntamen non mea voluntas, ſed tua
fiat.

IV.

EST etiam credibile, dixiſſe Chriſtum ean-
dem hanc orationem in alio atque alio ſenſu,
quos Sancti referunt, qualis eſt, quem S. Cacha-
rina Senēſis reuelatione diuina accepit. Quod
videlicet Chriſtus Dominus, ex ingēri patien-
di deſiderio, quo humani generis redemptionem
ſitiebatur, petierit ab æterno Patre, vt ſi poſ-
ſibile id eſſet, ea acceleraretur, & citius calix
ille pertranſiret. & in eo exauditum fuiſſe
paucis enim horis eius Paſſio fuit expedita: &
referem⁹ ſtatim alios eiufdē orationis ſenſus.
Ad horum verd omnium imitationē par eſt,
expendere me horam vnā, aut ampli⁹ in ſe-
parata ab alijs oratione, ita vt licet eius argu-
mentum ſit breuis aliqua ſententia, conſidera-
tiones tamen affectusq; varij eam faciunt pro-
lixiorē; ſicut refertur de S. Franciſco, quod
integram noctem in hac breui ſententia expē-
derit: *Deus meus & omnia*: aut ſicut S. Auguſti-
nus in ea ſententia, qua loquens cum Deo, aie-
bat: *Nouerim te; nouerim me.*

PUNCTVM III.

a Matth. 26.
40.

PRIMA hac oratione finita, rediit Chri-
ſtus ad Apoſtolos ſuos, vt videret, num,
iuxta præſcriptum, vigilarent: ſed inue-
niens eos dormientes, blandeque excitans, di-
cit Petro nominatim: (quia ſe præ cæteris fer-
uentiorem oſtēderat) *ſic non potuiſti vna hora*

vigil-

*vigilare mecum? vigilate & orate, vt non intret
in tentationem. Spiritus quidem promptus
est, caro autem infirma.*

CONSIDERA primùm Christi Domini
insignem Charitatem, curamque & sollicitu-
dinem, quam de suis discipulis gerebat: siqui-
dem in tantis afflictionibus positus, oratione
suam interrumpit, vt eos visitet, animetq; me-
stos. Quos tamen etsi dormientes inuenerit,
non indignatus contra eos est, sed blandè cor-
ripuit, monens eos de imminente periculo, re-
petensque quod ante eis dixerat, *vigilate &
orate, vt non intretis in tentationem*: nam etsi
spiritus sit promptus, caro tamen, vt potè in-
firma, nisi oratione iuuetur & corroboraretur,
facile succumbet. Ex his omnibus docu-
menta sunt accipienda ad perfectionem, ita
studendo in orationem, & mei collectionem
incumbere, ne ijs, quæ meæ curæ commissa
sunt, siue homines, siue negotia sint, desim.
Itemque non asperioribus verbis, sed bene-
uolis blandisque, in spiritu lenitatis eos cor-
ripere, quos imbecillitate potius, quàm ex ma-
litia delinquere animaduerto.

IN discipulis deinde, hominum in rebus ad
salutem pertinentibus incuriam perpendam;
quas tamen CHRISTVS tanta cura & soli-
citudine suscipit. Quare in his, qui hic dor-
munt, me ipsum dormientem, ignauumque in
meo profectu aduertens, existimabo me eisdè
verbis, ab ipso Christo corripì, *Non potes nec
ad horam vnã vigilare mecum? O Domine,*

R 2 quam

I.

II.

quàm iustè ignaviæ reprehendor, qui, te vigilante, dormire audeo : nec solùm non vigilo hora una; sed nec media vigilo, vt oporteret, à mea tractus inertia ! sed qui aduertis carnis meæ imbecillitatem, subueni mihi, ne, tecum vigilando, defatiger.

III.

PERPENDAM præterea, inter perfectos & imperfectos quid intersit : in his enim tristitia somnolentiã animique deiectionem, & in oratione tædium adfert ; quam quòd intermittant, facillè in tentatione succumbunt, sicut hi Apostoli, Christum, dum comprehenderetur, deserentes, succubuerunt : At perfectos ipsa tristitia inuitat potius, & ad orationem deducit, in eaq; reddit viuaciores : & quòd tristitia magis augetur, eo crescit magis feruor orationis, vt videmus in Chriuo creuisse : ideoq; tantùm abest, vt deficiant in tentatione, vt maiores contra eam vires, constantiamque recipiãt. O Deus benignissime, b non amoueas orationem meam, & misericordiam tuam à me : Est enim tanta inter eas connexio, vt si ego orationem meam non deseruero ; nec tua misericordia sit me defertura.

bPsal. 65. 20

que recipiãt. O Deus benignissime, b non amoueas orationem meam, & misericordiam tuam à me : Est enim tanta inter eas connexio, vt si ego orationem meam non deseruero ; nec tua misericordia sit me defertura.

PUNCTVM IV.

c Marc. 14.
39.

INTERVM a secundo abijt, & orauit, dicens. Pater mi, aut) quod maiorem affectũ ostendit,) a Abba Pater, quod est, Pater Pater : omnia tibi passibilia sunt, transfer calicem hunc à me : sed non quod ego volo sed quod tu.

PER.

PERPENDERE magnum illum amoris & fiducia affectum, qui verbo illo: *Abba Pater*, siue *Pater Pater*, ostenditur, & in eiusdem omnipotentiae confessione, cui oratio ipsa innititur; dum prius eum laudat, quam petit, quod cupit obtinere. Atque si illi diceret: non desines audire me ob amoris defectum, siquidem *Pater es*, & talis *Pater*; neque ob defectum potentiae, siquidem omnia potes. Huius orationis forma vsui mihi esse potest in laboribus & periculis meis; & ita licebit, similem aliam formare: *Abba Pater*, omnia tibi possibilia sunt, libera me ab hac tentatione, quae me premit: concede hanc virtutem, qua indigeo, & quam peto; subueni huic necessitati, in qua sum constitutus: *veruntamen, non quod ego volo, sed quod tu vis, fiat.*

DEINDE considerandum, bonum temporis interuallum, in hac oratione, fuisse à Christo Domino positum; & facile credi potest, eodem tempore, orauisse pro omnibus hominibus; quorum, quod vniuersalis esset Redemptor, salutem cupiebat; & Passionis suae fructum omnibus utilem esse: ne tantorum laborum fructus in aliquo periret. & in hoc sensu simul cum eo, quem praediximus, credere licet: eum praedicta verba dixisse: *Pater Pater, omnia tibi possibilia sunt: si possibile est non in me solo calix iste substet; sed traseat ad vniuersos homines, ut omnes fructum eius sentiant: veruntamen non mea, sed tua voluntas fiat.* Quae petitio conformis omnino erat charitati ipsius

I.

II.

Christi: qua & mihi licebit uti, æternoque Patri supplicare, ut calix Passionis filij sui efficaciter transeat ad totum vniuersum; resignatis interim & iudicio & voluntate, in diuinam æternamque ipsius ordinationem.

IN eadem hac consideratione, licebit cernere ipsum Christum quasi præsentem, & ab æterno suo Patre petentem, ut suæ Passionis calix, ad me transeat, mihique fructus eius communicetur: quare supplex eum orabo, ut mihi fructum illum applicare dignetur.

O Pater æterne, quandoquidem filius tuus, amarum adeo calicem bibit, ut toti huic mundo, & mille alijs, si essent, vitam adferre possit, ostende in hoc tuam charitatem & omnipotentiam, ut eius fructus reipsa ad plurimos transeat, pro gloria eius, qui illum bibit. Transeat & ad me, impleatque suis amaritudinibus, donisque illis, quæ ipse per eas obtinuit.

III.

PERPENDI etiam possunt verba, quæ Sanctus Matthæus refert, Christum in secunda hac oratione dixisse. *Pater mi, si non potest transire hic calix, nisi bibam illum, fiat voluntas tua*: atque si diceret apertius, sic calix hic passionis ad electos transire non potest, & fructum illis adferre, nisi illum ego præbibam, id libenter faciam in illorum commodum. Gratias tibi Redemptor amarissime, quod tanti me facias, ut amarum ad eum calicem, intuitu mei commodi velis ebibere. Neesse omnino est, ut prius per te ille

tran-

transeat, ut in eo transitu amaritudinem suam mittens, cum ad me venerit, facilius sit ad bibendum. Nisi tu eum praebibisses, quis fuisset ausus gustare? postquam vero tu, adeo viriliter amanterque bibisti; quis non illum etiam libenter ebibat? Transeat, Domine, transeat a te ad me: nam quicumque labores, pro te tolerati, erunt iam mihi iucundi.

PUNCTUM V.

SECUNDA oratione finita, redijt Christus ad Apostolos, eadem charitate, qua primò venerat: quos cum etiam a dormientes inuenisset, eorum imbecillitatis commiseratione permotus, quia a oculi eorum erant grauari, & ignorabant, quid responderent ei; iterum abiit, & orauit tertio eundem sermonem, dicens: c Pater si vis, transfer calicem istum a me: veruntamen non mea voluntas sed tua fiat. Quae oratio fuit etiam prolixa: nam (eodem S. Luca teste) factus in agonia prolixius orabat, suam videlicet orationem producens.

a Marc. 14.

40.

b Matth. 26.

44.

c Luc. 22. 42

Hic perpende primùm, CHRISTVM Dominum nostrum, etsi non ignoraret Apostolos suos dormire, voluisse tamen ad eos venire, ut quam de illis curam gereret, aperiret. Sed nominatim perpende, quid Saluator noster senserit tunc, cum cerneret, se omni solatio destitutum! Locus enim erat

I.

R 4 sepa

separatus & solitarius; tēpus ipsum tenebrosum: discipuli somno oppressi: mater eius absens: Pater cœlestis videbatur aures, ne audiret, obturasse: diuinitas, & pars animæ superior sinebat inferiorem portionē omnia pati: vt omnino locum in eo habuerit illud Dauidis: *d Sustinui qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni;* & fas est credere, protulisse ipsum illud Psalmi: *e Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti: Deus meus, clamo per diem & non exaudis; & nocte, & vt spero nec ob culpam meam, nec ad insipientiam, aut da nnum mihi.*

d Ps. 68. 21.

e Psal. 21. 2.

II.

2. Cor. 12. 8.

Ter Domini
num roga-
ui.

Et hinc profecta est tanta Christi desolatissimi perseverantia in orando; absq; vlla eod quod non exaudiretur impatienti querela, aut tædio, aut orandi intermissione; sed idem semel secundo & tertio ipso repetente; potius feruor crescebat semper; vt hoc ternario orandi numero, qui perfectionem ac durationem indicat, doceret me instanter & perseveranter orare; nec conqueri de Deo, etiam si non exaudiat, aut exaudire differat; nec propterea ab orando desistere. Nam si Christo Domino meo, qui vel ad primam insinuationem exaudiri dignus erat, non nisi tertio orationem suam repetenti, responsum datur: quid mirum, si mihi indignissimo qui exaudiat, responsum differatur? & si dilatio illa in respondendo, Christo non attulit incommodum; nec mihi adferet: & si perseveraui, exaudiar tandem proculdubio in tempore,

& in

& in re, quam postulo; si mihi expedierit eam
obtinere: *f. si non eò quod amicus sim, propter* Luc. 11. 8.
improbam tamen in petendo, dabit quid-
quid mihi erit necessarium.

DE NI Q V E expendam, æternum Patrem
propterea tamdiu responsum, oranti Christo
dare, distulisse, vt magis nobis innotesceret,
quam nobis esset eius filij passio necessaria:
siquidem petenti, vt transfiret à se, & si possi-
bile esset, vt calicem illum non biberet, tam-
diu respondere distulit: quod ipsum meritò
me vehementer impellet ad ipsum ardentius
amandum, qui tanti fecerit bonum & commo-
dum meum. O Pater supreme, cur seruos tanti
facis, vt illorum causa filium proprium ita
affligas? Cur ad ipsius clamores obsurdescis?
nec us acquiescis, quæ ipse aded instanter ro-
gat, vt iis consulas, qui nunquam tibi acquie-
scunt? *Si g. voluntatem timentium te facis, &*
deprecationem eorum exaudis Ps. 144. 19
velociter: cur non ei acquiescis & annuis, qui te aded amat?
cur non statim atq; ad te h. clamat, *dicit ei: ecce*
adsum, quid à me requiris? h. Isa. 58. 9.
Tua De^o meus, filiiq; tui
charitas horum omnium est causa: Nam co-
modo, quo tu illum exaudire non vis, nec ipse
vult exaudiri, vt qui salutem nostram propriæ
vitæ præferret. Concede & mihi hanc cum tua
voluntate coniunctionem, in tuis omnibus
decretis: nã etsi aliquid ob culpam meã in me
statueris, non erit, vt mihi noceat, propter
summũ illũ amorẽ, quo filium tuũ prosequeris.
Cui sit honor & gloria in æternum, Amẽ.

III.

R 5 MEDI-